

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Episcopo cuidam

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

citus est, se meum scriptum exhibitum esse R.M.  
 T. Quod ut æquo animo accipiat R.M.T. etiam  
 atq; etiam rogo. Evidem opto & animum meum  
 & scriptū probari R.M.T. De mea uoluntate hoc  
 affirmare uerè possum, & hunc animū meum R.  
 M.T. addictissimum esse, & me de doctrina Chri-  
 stiana libenter amplecti ea quæ probantur doctis  
 & bonis uiris. Si quid mihi R.M.T. dici uoluerit,  
 poterit huic Alexandro tutò committere. Christus  
 seruet R.M.T. quam diutissimē florentem & inco-  
 lumem, & Rem publ. multarum gentium, & Eccle-  
 siæ Christianæ salutem: ad quam ornandam pre-  
 cipue curam & consilia sua summos Reges refer-  
 re decet, & hoc tempore maxime necessarium est.  
 Mense Augusto, Anno 1535.

*Ernestus griffo III, 49. Episcopo cuidam.*

*Namibus griffo.* Reuerendissime & Illustriss. Princeps: Petiuit &  
 nobis commendationem ad Reuerendiss. paternitatem uestram, quidam honestus adolescens, scholasti-  
 cus huius Academiæ, Petrus de Neumark. Cum  
 autem non dubitemus, quin R.P. uestra sua sponte  
 & faueat ingenij, & prouochere studiosos ad utili-  
 tate Reipub. cupiat, libeter dedimus huic iuueni li-  
 teras, & ut apud R.P.V. haberet testimonium ma-  
 rum ac studiorum suorum: & ut rogaremus, ut  
 R.P. V. propter nostram commendationem ma-  
 iori

952

dori benevolentia complecti hunc iuuenem uelit.  
Qui cum sit ex ditione Nureburgensis Episcopus-  
tus, existimauit se necessario suo tempore operare  
& auxilium à R.P.V. tanquam à principe suo pe-  
tere posse. Vixi hic ad triennium singulari mode-  
stie fama, & in his communibus literis que prima  
etari tradicuntur mediocriter prosecut, et nunc se ad  
Iuris studia contulit. Hec studia nullo in odio sunt,  
& ad humanitatem et ad Reipublicæ tranquillita-  
tem profunt: ut optimè iudicare R.P.V. potest.  
Nec uero dubitamus, quin R.P.V. etiam ad principis  
pes uiros pertinere arbitretur curam tuendi & or-  
nandi honestas artes & utiles Reipublicæ. Com-  
mendamus itaque R.P.V. hunc Petrum de New-  
mark, et rogamus ut R.P.V. cōferat ei sacerdotio  
aliquid, unde studiorum sumptius tolerare possit.  
R.P.V. scit honestissimum id esse, & hanc eleemo-  
synam Deo gratam, & Reipub. esse utiliem, iuuare  
studiosos honestarum artium, que quidem pulcher-  
rimum ornamentum sunt Christianæ religionis. In  
tot causis speramus commendationem, presentina  
& nobis profectam, plurimum ualitaram esse. Neq;  
enim hic recensere attinet, que necessitudo & con-  
iunctio inter nos sit. Tantum illud dicemus, cum fue-  
rit amicitia chariss. maiorib. nostris cum R.P.V. ac  
singulare & honorificum de uirtute R.P.V. testi-  
monium: nosq; uici sim studia omnia & officia no-

stra

stra ad R.P.V. deferimus. Quare ut propter nos a-  
liquid ad benevolentiam erga hunc Petrum addat  
R.P.V. etiam atq; etiā oramus. Bene ualeat R.P.V.

### Cæsario S. D.

Commendo tibi hunc iuuuenem, mi Cæsari: teq;  
rogo, ut eum pro tua humanitate summa amplecti  
uelis. Magnopere enim cupid se in amicitiam inge-  
ri, ut eruditissimis & suauissimis sermonibus tuis  
frui tantisper possit, dum isthic erit. Verè se in A-  
cademia aliqua interim esse putabit, si id ei conti-  
gerit. Dabis ueniam breuitati literarum. Nam hoc  
tempore raro studia quidem mea me delectant, qui  
bus alioqui nihil habeo iucundius, licet diuina  
auctiφiλέρ με ὥστορ εἴωθας. Vale.

### Pontano.

Etsi nihil noui est, (nam urbs Dei beneficio tran-  
quila est) tamē cūm diutius nostra opinione abes,  
dedi has ad te literas, ut interim haberes meae dili-  
gentiae specimen. Nos Dei beneficio recte ualemus:  
et Deum precamur, ut tu quoq; fœlicissime uales,  
& quam primum saluus & incolumis domum re-  
deas. Nihil enim nobis tua salute prius aut anti-  
quius est. Atq; hoc quidem tempore magis te requi-  
rimus: nec sineremus te à nobis diuelli in his pericu-  
lis, nisi te Respublica auocaret: cui quoniam seruis,  
spero